



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

10. Cur bestiæ, quæ non peccârunt, moriantur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

vera philosophia diuinam gratiam confiteri. Porro si paucis diuinis  
datoꝝ est vera philosophia contra miseras huins vita unicum auxi-  
lium, satis & hinc apparet, humanum genus ad luendas miseriārum  
poenas esse damnatum. Sicut autem hoc, ut fatentur, nullum diuinū  
mains est donum, sic à nullo Deo dāri credendum est, nisi ab illo, quo &  
ipſi, qui multos Deos colunt, nullum dicunt esse maiorem.

## X.

Hanc Christi gratiam cetera animalia rationis expertia ac-  
cipere non possunt, neq; capacia sunt, vt ad istam Philosophiam  
exsurgent. Quare neque culpam admittere potuerunt, cur  
ergo poenam tolerant, cur ægrotant, cur moriuntur? Varia  
huius rei sunt cauſæ. Nam quod nobis pena est, illis natura est.  
Intereunt, quia mortalia nascuntur. Nec conueniebat, vt ad eo-  
rum vitam conseruandam arbor aliqua vita conderetur, quia alia  
ad hominis esum, alia ad vestitum, alia ad aliū vsum condita-  
sunt. Et certè, si alia cauſa nulla foret, sufficiebat, si in statu in-  
nocentia ipsa mortalitate sua hominem admonuissent, diuina  
gratia, non humana natura eum esse immortalem. Iam verò,  
post Adami lapsum, multò magis necessarium est, vt morte sua  
nobis quoque condicionis nostræ imaginem ante oculos collo-  
cent. Satan, cùm lobum vellet vexare, boues illi & asinas, per  
Sabros incurentes, oves per fulmina, camelos per Chaldaos  
abstulit: Quidni & Dei homines item per pecorum sublata-  
nem plectere? Qui tua punit, te punit. Sciscitata est aliquando  
B. Birgitta, cur etiam alia animalia, Adami culpa non attami-  
nata, nec peccati capacia, tamen morerentur, & peccati Adæ  
Ioan. Euseb. mi sustinerent? Cui Christus ita respondit: Queris, cur anima-  
Nieremberg. lia patientur infirmitates? Hoc idè est, quia in eis, sicut in ceteris, om-  
lib. 7 hist. nia sunt inordinata. Nam ego sum omnium naturarum conditor, &  
mat. cap. 49. dedi unicus natura temperamentum suum, & ordinem, in quo unum-  
quodq; moneretur, & viueret. Verum postquam homo propter quem  
omnia facta sunt, dilectori suo, id est, mibi, Deo suo se opposuit, cuperunt.  
& omnia alia inordinationem suam suscipere, & omnia quacumq; cu-  
reueri deberent, cuperunt se ei opponere. & aduersari. Proprieta-  
tē huius inordinationis vitio sunt homini, sic & animalibus, plurima  
contingunt molesta, & aduersa. Ceterū animalia etiam quandoq;  
patiuntur propter intemperantiam naturae sue; quandoq; propter miti-  
gationem

gationem feritatis sua, & purgationem ipsius naturae: quandoque propter peccata hominum, & cum illa plagantur, ut subterabuntur, quae diligit homo, attendat ipse homo, quanta pena dignus sit, qui maiore veitur ratione. Etenim nisi exigerent peccata hominum, non ita singulariter animalia, quae ad manum hominis sunt, affligerentur. Sed nec ipsa sine magna justitia patiuntur. Nam, aut erit eis ad celeriorem vitam finem, aut ad minorem misericordie laborem, & natura fortis consumptionem; aut propter mutationem temporum, aut ex incuria hominis labore proneniente. Timeat ergo homo prae catenis me Deum suum, & tanto minor sit circa creaturas meas, & animalia, quibus & propter me carum Creatorem misereri debet. Ideo enim ego Deus precepit homini de Sabbatho, quia cura est mihi de omni creatura mea. Adiiciam, quod de dolore partus subdit oraculum. Ad secundam questionem, cur omnia nascantur cum dolore, respondeo: homo quando contempnit delectationem pulcherrimam, statim incurrit uitam laboriosam, & quia inordinatio coepit in homine, & per hominem; Injustitia mea est, ut etiam alijs creaturis, quae sunt propter hominem, aliqua amaritudo sit propter temperamentum delectamenti sui, & fomentum nutritimenti sui. Ergo nascitur homo cum dolore, & progreditur cum labore, ut ad quietem veram festinare studeat: moritur vero nudus, & pauper, ut refrane inordinatum modum suum, & timeat futuram discussiōnem. Animalia ideo etiam parvunt cum dolore, ut excessum temperes amaritudo, & participes sint hominis in labore, & dolore; propterea homo, quantum nobilior est animalibus, tanto feruentius diligat usque Domum Creatorem suum.

## C A P V T X V I I I

*Quartam morborum causam, esse cacodemonem.*

**S**t homo exitij sui morborumq; & mortis causa, immo etiam aliquo modo, ut & cetera animalia moriantur. Sed, ut causa esset, diabolus, pessimus consultor fecit. Hinc primogenita mors haud immerito appellatur. Quemadmo- dum enim ipse est lux mortis inuentor, ita postquam Deus cre- auit hominem inextirpabilem, & ad imaginem similiudinie sua fecit illum, inuidia diaboli mors intruquit in orbem terrarum. Itaque sicut